

istorici Ecclesiastici, Amphitochii Ieonensis, Hieronymi, Philippi
deniq; Melanchthonis & Casparis Barthii argumentis & auctori-
tibus abunde firmavit.

Principio itaq; ut ordiamur ab eo, cujus gratiã hæc præfamur,
quodq; nobis in omni vitã utramque facere debet paginam, meri-
tum CHRISTI sufficientissimum ex omnibus Passionis elucet acti-
bus, atq; præprimis ex actione eorum Pilato institutã: scribit (1) Va- (1) lib. IIX.
lerius Maximus L. Cottam, gravissimis licet criminibus confossum, c. I.
fuisse absolutum, propterea, quòd à Scipione Æmiliano fuisset ac-
cusatus, quia homines sapientissimi verebantur, *ne præcipua accusa-
toris amplitudini damnatio eius donata existimaretur* Auferemus hæc
verba, & dicemus, *Præcipua accusatorum, Pontificum & Scribarum, san-
ctitati* (immò favori, metuebat enim ab iis Pilatus) *damnationem Ie-
su fuisse donatam, ihnen zu gefallen* / quod confirmat & traducit Lucas
cap. XXIII, vers. 25. Idem Valerius (2) dicit de C. Valerio Ædile, (2) ibid.
Victoriam in ipsã victoriã perdidit: veriùs hoc de Diabolo & Morte
eis vix *καταποθέντι*, uti ex Hoseã loquitur Paullus. In Lucae cap. ulti-
mo ipse Salvator dicit, *Nonnè hac oportuit* (se. necessitate consequen-
tiæ sive hypotheseως) *Christum pati, & intrare in gloriam suam?* Red-
de nobis, Valeri, (3) verba tua, quæ de Camillo usurpas, *Tam modera-* (3) l. IV. c. I.
tus ex magnã ignominia ad summum imperium transitus fuit. Tibi (4) (4) ibid.
M. Marcellus primus & Hannibalem vinci & Syracusas capi posse do-
cuit, Nobis Christianis *Iesus Christus primus & Diabolum vinci & in-
feros capi atq; destrui posse docuit & demonstravit*: quod & olim verbis
Cornelii Nepotis ex historiã Epaminondæ describi eleganter posse
programm. citato VI monstravi. Tibi (5) *toties Marcelli laudatio vari* (5) ibid.
*ari potest, quoties novis ipse gradibus moderationis adversus socios usus
est*: nobis *toties laudatio Dei Opt. Max. varianda est, quoties nova ipse
beneficia in nos contulit*, uti hanc gratiam quovis manè recentatam
celebravit & carmine variavit *lesides*, juxta *Sirachum*. Approbamus
porrò, quod de Scævola, viro excellentiss. annotas, (6) *nempe testis* (6) ibid.
*in reum productus cum id respondisset, quod salutem periclitantis magno-
pere laesurum videbatur, discedens adiecit, ita sibi credi oportere, si & alii
idem asseverassent, quoniam unius testimonio aliquem credere pessimi es-*